

*Eclipsis Lunæ totalis cum Mora, Anno 1685. die  
10 Decemb. St. N. observata Gedani à JO-  
HANNE HEVELIO.*

CUM Observationes Eclipſium Lunæ, inprimis totaliū cum mora, ad restaurandas & promoven das Res Astronomicas, plurimum contribuant, ac ratio nobis in conspectum prodeant; utique summe necessarium, ut quilibet Astrophilus ad eas omni industria attendat: Ideoque & ego, qui à plurimis jam retro annis Rebus Cœlestibus pro meo à Deo concessō modulo operam dedi, volui & huic notabili deliquio invigilare; sed vix ſpes aliqua dabatur, de eo vel quicquam obtinendi; ſiquidem non ſolum initium Decembris, verum etiam totus fere November continuo nubilosus, & impetuofus extitit; nihilominus tamen præter omnem ſpem, decimus Decembris à ſummo mane Cœlum admodum ferenum, & ab omnibus nubibus proſus denudatum exhibuit, ut rursus animi nobis adderentur, hanc obſervationem ex Voto, procul omni dubio ſuccēſſoram.

Proinde, ſtatiſ exorto ſole ad haſce operas nos accinximus, non ſolum Horologia Ambulatoria, quam Oscillatoria, ad normam Sciatericorum ſingula minuta commonoriantium rectificando, ſed pariter nonnullas Altitudines Solis, Quadrante noſtro ſingula minuta exhibente, capiendo; & quidem primo Solis Altitudinem Meridianam, atque poſt Meridiem, tam Altitudinem ſolis, quam Capellæ, pro corrigendo tempore ex horologiis, Aere existente quidem admodum fudo, ſed vento fatis auſtero, ut difficultate jam aliqua obſervationes expedirentur; ſpretis tamen hiſ omnibus, ut initium ingruentis Eclipſeos recte exciperem, omnem adhibui operam, instruendo Tubos ſcilicet Opticos varii generis,

generis, tam longiores, quam breviores; verum optime prævidens, Telescopia, 12, 20, & 30 pedum, etiam si in specula mea ad manus adessent, ob Vēntū nimis impetuosum, fore hac vice inutilia, eo partim attento, quod erectis fulcris ac perticis minime firmiter alligari, partim ob situm Lunæ altioremaxima cum difficultate erigi, & dirigi possent. Quamobrem breviores Tubos 5, 6, & 7 pedum ad manus sumptuosus; sed nec his omnem incommunitatem, ob istum impetuosum Ventum evitavimus: profecto artis laborisque haud exigui erat, Telescopia adeo firmiter continue ad Lunam retinere, ut penumbram recte discernere potuerimus, Phasesque omnes exacte designare, per quas nimirum maculas transirent, vel quas omni tempore attingerent. Attamen pro viribus, quo usque severa tempestas, atque transentes nubeculæ permittebant, rem peregi, saepius non istas Phases, quas exoptabam, sed eas, quas Cœlum concedebat describere oportuit. Nihilominus, Divina ope, licet Aere adeo existente turbulentō, variaque obstacula saepius intervenirent, adhuc 23 Phases si initium Eclipseos, totalem obscurationem, & Recuperationem lumenis non excipias, obtinui.

Ubi in primis notandum habes, quod densissima penumbra genuinum Initium Eclipseos præcesserit, ab hora circiter dimidia decima, ita ut vix ac ne vix verum initium discernere quiverim; deinceps vero, umbra paullo promotiore, phases aliquanto distinctius designare licuit. Colorem porro quod attinet, hunc in hac Eclipsei maxime notandum habes; quippe talem diversitatem raro admodum in ipso colore deprehendi: modo enim erat Ferrugineus, vel Mustelinus; ingruenti vero totali obscuratione, Limbus Lunæ circumcirca erat sublividus, ex parte sublustris, & rubicundus; verum in Lunæ medio, quasi fatis densa, & obscura nubecula conspiciebatur, ut vix maculas recte in Luna distinguere potuerimus; quæ nigricantior umbra paullatim succedit;

five versus dextram, & Paludem Mœotidem promovebatur, sic ut circa initium Recuperationis luminis, tota genuina umbra admodum obscura, & nigricans appareret, atque circa ultimam annotatam phasin, reliqua pars adhuc obscurata Lunæ, five ejus limbus, hora videlicet prima noctis, neutquam deprehendi vel minimum potuerit. Exoptasse, ut obscuriores densissimæ nubes non exortæ fuissent, totumque cœlum non penitus obduxissent, quo porro ad finem usque observare nobis licuisset, quid ratione coloris, umbræ, atque penumbræ accidisset.

Itaque in hac Eclipsi non nisi ejus Initium, 16 phases crescentes, cum initio Recuperationis luminis, atque quatuor decrescentibus Phasibus obseruare ac denotare concessum fuit; sicuti Observationum Tabella nostra hic annexa, Typusque Eclipseos clare ostendit, (vide Tab. 2. Fig. 1.) nec non per quas maculas quælibet phasium sectio transierit, tum quid præterea notatu dignum extiterit. An alibi cœlum magis extiterit propitium, aliquæ multo plures Phases determinare, atque longe accuratiores ex cœlo depromere valuerint, tempus docebit; protecto si cœlum nobis magis annuisset, lubentissimo animo etiam aliquid amplius, ut mihi quidem ab initio propositum erat, præstissem, & quidem in re tali, quod in Eclipsebus Lunaribus hucusque nondum adhuc suscepit.

Quibus vale, Benigne Astrophile, & fave porro qualibus qualibus nostris conatibus; præprimis mecum Venerare Deum O. M. ex toto pectore, quo Uranographiam nostram, jam sub Cœlo & Prælo ferventem, ac Prodromum Astronomiæ, totum meum novum Fixarum Catalogum exhibentem, Posteritatis bono, in lucem proferre, omniumque Astrōsophorum Oculis ac Judicio, feliciter, proximo anno exponere non nequeam. Vale iterum iterumque. Dabam Gedani, Anno exeunte 1685.

## Tabula Observationum.

Ordo Phaenum	Tempus seu horolog. ex Altit. cor rect	Notanda:	Altitudines ○, ) & Fixarum.	Per quas maculas transiverint Umbras Sectiones.
		Altitudo ○	12.39.0	
Hor. 1 "		Meridiana	"	
3 19 0		Altitudo ○	1.54.0	
4 28 0		Altitudo )	9. 0. 0	
5 2 30		Altitudo Capella	31. 0. 0	
5 8 0		Altitudo Capella	31. 2. 0	dub.
9 32 25		Penumbra		
9 42 35		Penumbra densior		
9 48 5		Penumbra densissima		
9 50 10		Initium quantum colligere dabatur		
1 9 53 20		Palus Maræotis jam tota erat recta		Ad Montem Andum, & Paludem Mæotidem
2 9 57 0				Per Montem Germanicianum, ad mare Syrticum, & Mont: Acabo.
3 10 0 15		M. Porphyrites nondum plane tectus erat		Ad Mont. Porphyritem, per mare Syrticum Montemque Ajacem.
4 10 3 5				Per Mont. Petri, inter Inf. Cercinnam, & Inf. Tarracinniam, per sinum Sybonis, & Paludes Arabiae.
5 10 6 25				Ad Inf. Ficariam, Maltam, M. Athos, per Mont. Pharan & Mont. Troicum.
6 10 10 25				Ad Sinum Apollinis, per Inf. Erroris, per M. Ætnam, Inf. Letoam & Didymam.
7 10 14 55		Insula Melos jam tota testa erat		Supra Sin. Apollinis, ad Lacum Herculeum, Inf. Siciliæ, per Mont. Parthenium & Taigetum, ad Inf. Melos & Mont. Lion.

[ 1260 ]

Ordo Pha- sium	Tempus seu horolog. ex Altit. correct. H.	Notanda.	Altitudines (○, )) & Fixarum	Per quas maculas transiverint Umbrae Sectiones.
8	10 19 55			Ad Ins. Minorcam, per Sinum Pastanum, M. Micalo, Ins. Cyprum, Mont. Hor. ad M. Sinai, & desertum Raphidim. Ad M. Ligustinum, Panyænum, inter M. Sipylum & Didymum, per M. Liba- num & Seir.
9	10 24 5			Supra M. nigrum minorem, per M. A- penninum, Ins. Besbicam, M. Cimæ- um Montemque Calchaftan.
10	10 27 10			Ad montes, Serrorum, & Carphates, ad Byzantium, per M. Horminium, Tau- rum, & M. Delangueros.
11	10 31 27			Per montes Macrocehnios, Ins. Cy- neam, M. Amanum & Antitaurum.
12	10 36 0			Per Ins. Macram, per Erichtenios Sco- pulos, sin. Atheniensem, & Pal Ar- cesam.
13	10 41 20			Per Lac. Hyperbor : superiorem, Pal. Byces, Ins. Aeam, M. Herculis, fin. extremum Ponti. Montemque Para- pomifum.
14	10 45 35			Ad Lac m Hyperbor : inferiorem, M. Immerium, per M. Coracem, Tau- can, fin : inferiorem Maris Caspii.
15	10 48 40			Per Montes Riphæos, Pal. Maeotidem. Insul. Majorem Caspii, & M. Nero sum.
	10 56 35	Luna non- dum plenè obscurata		
	10 58 25	Totalis Im- mersio.	○ " "	
II	20 45	Altitudo Pro- cyonis	31 8 0	
II	25 45	Eadem Altitu- do	31 38 0	
II	36 0	Obscura illa		


Ordo

Ordo Pha- num	Tempus seu Horolog: ex Altit. correct.	Notanda.	Per quas Maculas transiverint Umbrae Sectiones.
		umbra vel nubecula plane in me- diata Dil ci Lunaris confistebat	
Hor. 12 43	○	nitium E- merfionis seu Recuper. lu- minis	
17 12 46	40	Phases decre- centes, Palus Maræotis jam penitus tecta.	Ad mont. Andum, haud procul à Palu- de Maræotide.
18 12 51	○		Per Mare Eoum, Mare Syrticum, Mon- temque Casium.
19 12 57	○		Per montem Atlantem minorem, inter Insul. Cercinnam, & Ins. Taraciniam, per Mare Ægyptiacum, sinum Sirbo- nis, Montemque Pharan.
20 I 5	○	in mane	Ad Ins. Majorcam, Sardiniam, & Hie- ram, per M. Ætnam, Ins. Melos, ad Montem Annæ & Hajalon
		nitium Eclip- feos paul- lo supra Pa- ludem Ma- ræotidem exitit.	

Totalis Obscuratio, ad Montem Sanctum, infra Palu-  
dem Mætidem accidit.


Recuperatio Luminis fere ibidem contigit ubi initium  
Cœpit.

Tab. 2. Fig. 1.





Tab. 2. Fig. 2.





i Ecliptici.






Fig. 4. 1686 July 16. i. o.

\* 5 \* 4 \* 2



\*

\* 2

168






Fig. 3. h. 1.  
1685 Dec. 26. 16.52.



Tab. 2. Fig. 1.



Tab. 2. Fig. 2.




Fig. 4. 1686 July 16. 10.

\* 5 \* 4 \* 2 \* 4 \*